Maxime cum hoc mox uideantur labi cum
dixeris et tempus currit et sermo est
non dum dictum fuerit non apparet.
Manifestum est igitur haec tria possitionem
diuersarum partium non habere. Praeter igitur haec sola
quae dicta sunt quanta nominantur. Si qua alia
praeter haec inueniri potuerint debent per acciden
tibus poni. Sunt enim quaedam quae accidentibus ipsis
accidunt. Ut pro dicamus multum album.
propter ea multum dicitur non quia ipsum album per se
immensum. Sed quia epifania in qua album est multa
cernatur. Manifestum est enim multum album
dici ex epifanie quantitate. album quoque illi
accidit existimari. Similiter cum longuor actus
dicimus non quia actus immensus per se longui dicuntur.
Sed ex temporis mensura qua continentur actus actu
cantitas existimatur. Illud tamen specialiter debe
mus agnoscere. quanto contrarium nihil esse.
Epifaniae enim siue grammae siue duobus cubitis
siue tribus contrarium nullum est. nisi forte errore
quodam multum exiguum putemus esse contra
ria. cum aduertenter haec in eo numero quae ad aliquid di
cuntur debent numerari. Nam et multum exi
guum dicitur si alteri fuerit comparatum. Est enim di
cimus montem breuem quia altiorem esse eum
cui comparatur est indicamus. Uel enim dicimus grande
milii granum comparatione sui generis in quo
breuius aliquid inuenitur illud esse grandius.
Ac propter ea manifestum est multum et exiguum
uel grande et breue esse aliquid comparatu sui uo
cabulum recipere. Nec in hoc solo errat
qui putat multum exiguum quanto debere di
iungi. Illum etiam errat qui existimet esse
contraria quae fieri penitus non potest esse. Nam si haec
quodam errore decepti contraria dixerimus
fiet ut una re uno atque eodem tempore
contraria esse uideantur incidere. Una enim res

et maior a minore et breuis a maiore. Uno
atque eodem tempore potest nominari.
Quod fieri nec rerum natura patitur. nec ratio
ipsa permittit. Ac propter ea eorum repellenda
sententia est qui haec credunt esse contraria.
Sed magis contrarietatem in quanto quam in cir
culo uideri potest. Ueteres enim superius et inferius
propter caeli terraeque distantiam contraria per se
esse dixerunt. Undique uersum aspicientibus terram
sub terra esse caelum [illegible]. Contemplantibus enim
nobis naturam rerum terraque uidetur in medio
ubique sub terra est. Nam et antipodes nostri qui
nobis diuersa figere uestigia aduersa caelum
supra se habent. Claret enim terram [illegible] in in
ferioribus constitutam. Deinde illa quae
a physicis traditur ratio. Quia propter ea ex diuersi
tate locorum terra caelo contraria est. [illegible]
semper illud sursum hoc deorsum
quia omnia quae pondere grauia sunt natur
aliter feruntur ad terram. Ad caelum uero leuiora
necesse est quae uidentur esse leuiora. Hinc enim
caelum terramque per se contraria esse dixerunt.
Quia hanc deorsum illud uero superius natur
alis necessitas collocat. Ex hac enim ratio
uidetur contrariorum omnium diffinitio cons
tituta. Omnia enim illa esse contraria quae cum per se
ex uno eodem genere. multo tamen a se spatio
separantur. Sed non qui asserunt haec autem
ad aliquid dicta potius debere coniungi pro quod est
supra dici non potest nisi et infra fuerit desig
natum. quod si calumniam quidam liber sus
tinere catheoriae magis quae ubi dicitur
uidere potest. Cum enim dicitur supra uel infra
dicimus ubi aliquid [illegible] agnoscitur. Sed sicut
diximus [illegible] sunt. Nos uero tan
tum admitti contraria credere non debemus.
Adiuncte interea licet huius occasione tractatur